

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Rudolf Wettstein Melchior Mittelholzer

**Disputatio Theologica Tertia, De Unionis Personalis In Christo Forma, Fine,  
Effectis, &c Kataskysasik**

Basileae: Deckerus, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787863270>

Druck Freier  Zugang





W.E.  
A.G.C.  
H.G.C.  
245 Fav  
46p  
47p  
A.G.C.  
A.G.C.  
22p  
96p  
64p  
Pr. 50p  
31p  
A.G.C.  
12p  
A.G.C.  
A.G.C.  
A.G.C.  
A.G.C.  
A.G.C.  
A.G.C.  
A.G.C.  
A.G.C.  
A.G.C.

2, 4 C 52 b. 6.

80.



Fa. 1092(80)

In Tomo hoc XXXVII. sunt

1. Jo. Schmid de Peccato. ad 1 Is. III, 4.
2. — De liben Arbitrio. Jo. VIII, 36.
3. Seb. Schmid de Script. S. ad 2 Pet. I, 19-20. 21.
4. D. Damhauerij Alethea Sancta sui vindic.
5. Jo. Faust pro loc. de Notione divina cōfessio XVII, 28.
6. D. Georgij Haberlini fascic. Chyrha. Cant. 6, 13.
7. Andreas Vinnius ad Psalmum II.
8. Jo. Schmid de vita Eterna.
9. Christiani Dac. Manipulus Thesni Prachiani sub B.  
Sicutemamo propostarū.
10. D. Martin Gejeri conformitas Iudeo Papstionis  
Divina de Deo Angelis & Homine.
11. Christoph Laur. Cheiführer p. tr. de Chiarismo.
12. Jo. Andr. Quenstedt de Persequitione Venetiori.
13. Gabriele Wedderkopf de Athos Poenitentia.
14. Michael Fœustch de Leoum naturalium origine.
15. — De ordine Script. prout ea cum Nat. conve-
16. C. Jo. Fecht de Iudie Controversiarum.  
<sup>mone deo.</sup>
16. a. — De Trinitate.
16. b. — De Ant. Christo.
17. — De Ignatioris Sandrum.
18. — De Luyatono.
19. — De Communione sap. utrag<sup>3</sup>

20. D. Gor Froot de Mysa.  
21. —. Des sacramentis.  
22. —. De vocatione Ministerum Ecclesie.  
23. —. De Castitate eonundem.  
24. Hoornbeek de Theologie Praxi:  
25. —. San postenor.  
26. —. de Tentatione Dei.  
27. —. De Autoritate N. Test.  
28. —. De Piccate.  
29. —. De Devotione.  
30. —. De Meditatione Sacra.  
31. } —. De Studio verbi divini:  
32. } —. De Scissu divinae gratiae.  
33. —. De Fiducia in Deo.  
34. —. De Gaudio Spirituali.  
35. —. De Zelo.  
36. —. De Christo.  
37. —. De Ascensione Christi:  
38. —. De Gloriâ Christi celesti:  
39. —. De Spiritu S.  
40. } —. De Providentia.

42. } Floornbeck de Predestinatione.  
43. }  
44. }

44. — . De Sabbatho.

45. — . De Ministerii acceptione.

46. — . De Examini Ministerorum.

47. — . De Corum officio.

48. }

49. }  
50. } — . De Parochialium vita.

51. }

52. } — . De Foedere Cartesijano.

53. — . De mundo.

54. — . Ad Matt. xxiii, 37.

55. — . — . xl, 20. 21.

56. — . — .

57. 905. Cocceji de Divinitate Script.

58. } — . de Perfectione Script.

59. } — . de Foedere gratiae et vet. ac NT.

60. }

61. } — . de Logionib. Ag est.

62. }

63. } — . de Nata & Humilitatione Christi:

64. }

65. Io. Careji de Regeneratione et Resipientia.  
66. — De Oblatione Christi.  
67. Wettewij. De Unionis Personalis in Christo Forma,  
Fine Effectio. et.  
68. — Lucae Gernlein de Forma Unionis Personalis  
in Christo.  
69. — De Proprietatibus Dei.  
70. — De Peccato in Spiritum S.  
71. Wettewij de Praedest. Bonorum et malorum.  
72. Gies et Collegam Syllabus Controversiarum

V.

67

DISPUTATIO THEOLOGICA  
TER TIA,  
*De*  
**UNIONIS PERSONALIS IN CHRISTO**  
Formâ, Fine, Effectis, &c  
*Kalendas Junii.*

*Quam,*  
Gratiâ SERVATORIS adspirante,  
SUB PRÄSIDIO,  
Reverendi & Clarissimi VIRI,  
**DN. JOH. RODOLPHI WETSTENII,**  
S. S. Theol. D. & Prof. acp. t. Acad.  
Basil. Rectoris Magnifici;  
*Publicæ Disquisitioni exponit*  
**MELCHIOR MITTELHOLTZERUS,**  
Sancto-Gallensis, S.S.Theol. Studiosus.  
*D. 27. Mens. Maii, An. M DC LVII.*  
*Loco & horis consuetis.*



---

BASILEÆ impressit GEORGIVS DECKERVS,  
Academiae Typographus.



## V E R I S

*Plurimum Reverendis, atq; Clarissimis,*

**DN. M. SAMUELI GRYNAE O,** Ecclesiæ  
Basiliensis ad D. Leonhardi Pastori  
vigilantisimo, Hospiti ac Mecœna-  
ti suo omnis obsequii & honoris  
cultu æternum colendo:

**DN. M. CHRISTOPHORO MITTELHOLTZERO,**  
V. D. in Ecclesia Sancto-Gallenſi  
Ministro fideliſſimo, Camerario  
digniſſimo, Parenti ſuo omni amo-  
ris atque obſervantiae nexu perpe-  
tim proſequendo:

*Exercitium hocce Academicum, in grati-  
animi, perpetuaq; obſervantie  
opere atq; σφεργίδα, consecrat,  
nuncupat, dedicat*

MELCHIOR MITTELHOLTZERUS.



## XAPITI IHΣΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

### THESS I.

**V**idimus viā Remotionis, quæ Forma Unionis Ελόγη & Naturæ humanæ non sit: sequitur nunc, ut viā Positionis videamus; Quæ sit Forma seu Differentia propria?

#### I I.

Forma seu Differentia propria hujus Unionis est, quæ illam constituit, quâque illa differt ab omnibus aliis, haec tamen remotis, Unionis speciebus: & ex qua fluunt Operationes Mediatoriæ.

Ea innuitur unâ voce, cùm dicitur Personalis: Græcis Patribus, ἐνοτις καθ' οὐρανον, & οὐπελική.

#### I I I.

¶. Constitutio ejus patet in ordine ad terminum ad quem Unio hæc facta est, & unde denominatur.

Ut ergo trium Personarum S. S. Trinitatis unio est Essentialis: quia in unitatem Essentię uniuntur, Deut. VI. 4. Eph. IV. 6: 1. Joh. V. 7.

Utque anima & corpus humanum uniuntur unione naturali; quia in unitatem naturæ humanæ uniuntur: quod & in natura humana Christi factum.

Item, ut unio Christi, tanquam capitis, & Ecclesiæ velut corporis, unio mystica dicitur: quia constituunt unum corpus mysticum: Eph. V. 23. 30. & seq.

A 2

Ita Personæ ḡ Λόγος, & naturæ humānæ assumptæ, Unio, dicitur Personalis: quia, ad vel in unam ḡ Λόγος ὕστερον assumpta & ei unita est, Natura humana. Unde quemadmodum Personarum S. S. Trinitatis una est Essentia; corporis & animæ, una natura humana; Christi & Ecclesiæ, unum corpus mysticum: ita etiam Filii Dei & naturæ humanae est una ὕστερον, sive Persona.

#### I V.

β. Differentia ex iisdem patet: imprimis verò, quòd Filius Dei per assumptionem naturæ humanae, in unitatem Personæ suę, nunc nō solùm Deus; sed & Homo, I. Tim. II. 5. Rom. V. 15. I. Cor. XV. 46. 47. Immanuel, Esaj. VII. 14. Matth. I. 23. Iēāv̄θρως ρ̄: Unus Mediator, I. Tim. II. 5. & Dominus unus, Eph. IV. V. 5. I. Cor. VIII. 6. Doctor unus, Matth. XXIII. 8. denominatur: imò, quòd jam in Concreto, Deus & Homo, propter identitatem Personæ, & diversitatem Naturarum, de se invicem prædicentur. ut, Deus est Homo, & Homo est Deus. His namq; unio illa distinguitur ab omnibus aliis unionis speciebus.

#### V.

γ. Operationes hinc quoq; fluunt Personales, sive Ιανδέρχαι: in quibus, ὁ ἐνεργῶν unus; principia ἐνεργητικὰ duo, Natura videlicet divina & humana; ἐνεργήτη duplex, quā unaquæque natura agit, quod suum est; ἐνεργητικά unum.

#### V I.

Hæc unio Personalis, constat

1. Expressis testimoniosis S. Scripturæ: Joh. I. 14: I. Tim. II. 5. Phil. II. 7. 8. Gal. I. V. 4.

2. A priori, scilicet, Personā ḡ Λόγος æternā: quæ assumpsit non Personam, sed Naturam humānam; non Hominem, sed Carnem: Joh. I. 14: I. Tim. III. ult. Heb. II. I. 14. quæ nihil ad Subsistētiām ḡ Λόγος perficiendam superaddidit; sed tantum in subsistē-

sistentiam ejus accepta est. Atq; ut Persona  $\tilde{\Lambda}\circ\gamma\circ$ , eadem est & manet in æternum Persona: ita natura humana nunquam habuit, nec habebit, subsistentiam propriam; sed est tantum  $\tilde{\epsilon}\nu\tilde{\eta}\tilde{\alpha}\tilde{\sigma}\tilde{\epsilon}\tilde{\zeta}$ , h. e. subsistens, vel (ut alii malunt) existens in hypostasi  $\tilde{\Lambda}\circ\gamma\circ$ .

### VII.

3. A posteriori: quia, positâ unione, S. Scriptura utriusque naturæ prædicata, tribuit uni  $\tilde{\omega}\tilde{\sigma}\tilde{\iota}\tilde{\sigma}\tilde{\sigma}$ , sive supposito, id est, Personæ; seu ab officio, seu ab alterutra naturâ, vel divinâ, vel humanâ, non quidem in abstracto, sed in concreto denominatae: vel, ut loquuntur, non abstractivè, sed concretivè. Idem brevius dicam: Prædicatur concretum de concreto: ex. gr. Deus est Homo: Homo est Deus: non autem, Deitas est humanitas, vel humanitas est Deitas. Ubi notandum:

### VIII.

Abstracta significare naturas: e. g. Deitas significat divinam naturam; Humanitas humanam naturam. Concreta verò denotare Personam. Et hæc denominantur vel à

Toto Personæ, quod includit utramque naturam: uti cùm dicitur Christus, Mediator, Redemptor, Immanuel,  $\tilde{\chi}\tilde{\alpha}\tilde{v}\tilde{\beta}\tilde{\rho}\tilde{\omega}\tilde{\tau}$ :

Naturâ alterutrâ: ut cùm appellatur Deus, Filius Dei aeternus, infinitus, &c. à Natura divina: aut cùm dicitur, Homo, Filius hominis, Davidis, Maria; natus, passus, crucifixus, mortuus, &c. à natura humana.

### IX.

Attamen & hoc observandum: Concretum sumi vel specificativè (al. in sensu Diviso) & sic denotat Subiectum: ut si dico, Christus Homo, i. e. qui est Homo: vel simpliciter, Homo, Deus, aeternus, &c. i. e. qui est talis.

Reduplicativè, (al. in sensu Composito) & sic limitat Prædicatum: exponiturque per quā, vel quia, vel secundum, addito abstracto: quo ipso si-

A 3

gnificatur pro abstracto id capi. Itaque inde valet consequētia ad omne. e.g. *Christus Deus est aeternus*, exponitur sic, *Christus est aeternus, quia vel quia Deus, vel secundum naturā divinam*, *Joh. I. 1. Rom. I. 3.* Quisquis enim Deus est, aeternus est: sive, *Deitas aeterna est*. Item, *Homo in tempore natus, passus, mortuus est, &c.* exponitur, *Christus Homo est in tempore natus, &c. quia vel quia Homo est, vel secundum humanitatem*; aut, *sicuti S. Scriptura loquitur, secundum carnē: Rom. I. 3. & IX. 5. item carne, sive in carne, I. Pet. III. 18.* Omnis enim homo in tempore nascitur: item, *humana natura, aut caro nascitur, &c.*

X.

Hinc Regula: *Quando Concretum in Majore propositione sumitur specificative, in Minore. verò Reduplicative, tūm est paralogismus quatuor terminorum. e.g.*

*Qui ascendit, ut impleret omnia, is est ubique: Christus Homo, seu quā Homo, aut secundum humanitatem, ascendit, &c.*

*Ergo Homo, seu quā Homo, aut secundum humanitatem est ubique.*

*Item: Qui ascendit in cœlum, ille quoque descendit de cœlo:*

*Christus homo, seu quā homo, aut secundum humanitatem, ascendit in cœlum.*

*Ergo Christus homo, seu quā homo, aut secundum humanitatem, descendit de cœlo.*

XI.

Proinde, *Christus homo est Persona, ambiguè dicitur. Verissima est propositio hoc sensu: Christus, qui est homo, est Persona. Falsa autem, hoc sensu: Christus, quā vel quia homo, vel secundum humanitatem, est Persona. Si enim ita esset, tūm humanitas, seu humana natura Christi, esset Persona: quod Nestorianum.*

XII.

*Ex his manifestum fit, Quis sit sensus Propositionum Personalium; quibus Personalis Unionis natura, suprà expo*

exposita, illustratur: quales sunt; Deus est Homo, Homo  
est Deus. Hæ namque Propositiones de uno Christo,  
propter unionem personalem veræ sunt.

XIII.

Circa has Propositiones multæ sunt disputationes, scilicet  
Utrum sit Prædicatio Logica? Utrum usitata vel inusitata?  
Utrum sit Disparatorium? Utrum synonyma, an paronyma?  
item, utrum identica vel syncdochica?

Affirmaveris, negaveris, parum refert, ubi de terminis Artis  
tantum lis est. Rectè Augustinus i. Retr. 15. De Ver-  
bis, cùm res constet, controversia non facienda est. Modò &  
de genuino harum Prædicationum sensu constet.  
Constatbit autem, cùm præter præcedentia observa-  
verimus:

XIV.

1. Cavendum, ne Propositiones Concretivæ per abstracta  
explicantur. Non enim cùm dicimus, Deus est ho-  
mo, homo est Deus, hic sensus reddendus; Deitas est  
humanitas, & humanitas est Deitas: aut, divina natura  
est humana natura: & vicissim.
2. Ne abstractum de Concreto, aut Concretum de abstracto  
prædicetur: sic, Deus est humana natura, humana na-  
tura est Deus.
3. Ne Subjectum Concretum prædicetur cum reduplicatio-  
ne: quia reduplicatio includit Naturā in abstracto.  
Non igitur dicendum: Deus quā Deus, vel quia Deus,  
vel secundum naturam divinam, est homo: Homo, quā vel  
quia homo, vel secundum naturam humanam, est Deus.

XV.

Genuina verò Interpretatio harum & similium enun-  
ciationum est, Si concreta vocabula per suppositum aut  
personam explicitur. e. g. Album est dulce: i. e. lac  
quod est album, idem est dulce. Corporeus est ani-  
matus: i. e. homo, qui est corporeus, idem est ani-  
matus. Ita formosus est facundus, Philosophus est Theo-  
logus, & infinita alia. Similiter igitur, cùm dici-  
mus, Deus est homo, homo est Deus, sensus est: Chri-  
stus, qui est Deus, idem quoque est homo: sive,

qui est Deus secundum divinam naturam, idem est  
homo secundum humanam naturam.

XVI.

Aliena itaque à veritate est interpretatio hæc: *Deus est Homo*, i. e. *divina natura subsistens in Persona Christi, est natura humana in Persona Christi subsistens*. Item, *Homo est Deus*, i. e. *humana natura subsistens in Persona Christi, est divina natura subsistens in persona Christi*.

Ratio hujus falsæ interpretationis prætenditur: quia vocabulum *Hominis* sit concretum, non *Personæ*, (non enim utramque naturam, divinam & humanam, denotare,) sed solum *Naturæ*; denotans humanitatem; non autem nudè, sed simul humanitatis subsisténtiam ac *Θόσεων*: vocabulum *Dei* itidem sit concretum *Naturæ*, notans solum divinam naturam, sed non sine, verum cum *Θοσάσιον*.

Eiusdem valoris est, hic dictarum Propositionum Personalium sensus; quod idem sit, *Deus est Homo*, & *Δόγμα assumens est caro assumpta*: item, *Homo est Deus*, i. e. *caro assumpta est Δόγμα assumens*, vel secunda Trinitatis Persona. Harum interpretationum examen, suo tempore & loco, *Ἐν Θεῷ*, videbimus.

*Hactenus de Forma.*

XVII.

*Finis Unionis hujus, præter gloriam Dei, in primis inscrutabilis Sapientiæ, respectu*

*Christi est, ut esset Mediator: tūm verus, participans de utriusque partis inter se dissidentis natura, Hebr. II. 14. medius inter Deum & Homines: tūm unus, Deus & homo in una Persona. Job. I. 14: I. Tim. II. 5.*

*Nostrī, ut uniret tūm nos Deo, tūm nos invicem, Eph. II. 14. & seqq. Gal. III. 28: I. Job. I. 3.*

XVIII.

*Efecta Unionis Personalis, alia sunt, respectu*

*a. Christi: & quidem vel in*

*Natura humana; scilicet Gratia, tūm*

*Eminentia, per quam propria Filii Dei caro est; quæ proin supra omnes alias creaturas eminet. Job. VI. 51.*

*Act. XX.*

*Act. XX. 28: 1. Job. I. 7.* Nec de ulla alia creatura dici potest, quod personaliter τῷ Λόγῳ unita sit.

*Habituum*, per & propter unionem, humanæ naturæ collatorum: ut sunt dotes *Intellectus*, *Scientia* & *Sapientia*; *Voluntas*, ut *Sanctitas*, &c. Dona hæc non sunt infinita: quia natura finita horum capax esse nequit, & quia sola divina natura infinita est. Sunt tamē excellentissima, omnia non modò hominum, sed & Angelorū dona excedentia: *Phil. II. 9. Heb. I. 9. 13.* tūm quia ut caro Filii Dei propria est; ita & dona quæ accepit in carne, ejus ut subjecti seu suppositi sunt:

tūm quia illa, et si in statu Exinanitionis quoad gradus creverint, *Luc. I. I. 40. 52*: in statutamen Exaltationis, quoad partes & gradus, ad eam perfectionem pervenerunt, ad quam nec homines nec Angeli pervenire possunt. *Pf. XL V. 8. Heb. I. 9.*

*Personā* ejusdem: hæc Effecta sunt vel

*Communicatio Idiomatum* seu *Proprietatum* utriusque naturæ cum *Persona*, cui per unionem factæ sunt communes: quæque idè in S. Scriptura de *Persona* prædicantur in concreto. De quibus suo loco.

*Communicatio Officii & Honoris.* Quia enim Christus *Iēsū b̄p̄w̄* secundūm utramque naturam officium Mediatoris executus est, & etiamnum exequitur, qualibet eorum operante quod suum est: hinc *Persona* Christus dicitur, *Mediator*, *Redemptor*, *caput*, *judex mundi*, *passus*, *mortuus*, *resurrexisse*, *ascendisse*, *sedere ad dextram*, *gubernare*, &c.

### XIX.

*B. Nostri*, est unio nostra in ipso Christo cum Deo. *Gal. III. 28.*

*I. Joh. I. 3. 6.* Assumpsit enim non Angelos, sed semen Abrahe, *Heb. II. 16.* ut doceret; non Angelos lapsos, sed homines iterū Deo per ipsum quasi uniendo & reconciliando. *Rom. V. 10. Eph. IV. 13. 16.* Itaque assumendo, sibiique uniendo naturam humanā, quodammodo induit personam hominum; & *ceu Sponsor noster*, partim in se

A 5

*suscepit morbos & dolores nostros: E. L. III. 4. i.e. peccata nostra ac penas meritas: partim Obedientiam absolutissimam præstítit in assumpta illa servi forma, nostro itidem nomine ac loco: Gal. I V. 4. Phil. II. 7. 8. Quæ sanè fundamenta sunt universæ nostræ salutis, ac præsertim *Justificationis* coram tribunali Dei. Rom. V. 19. 21.*

*Hæc Unio nostri cum Deo, indissolubilis est & æterna: consimiliter sicut Unio naturæ humanæ cum τῷ Λόγῳ. In hac fundatur nostra Redemptio, pax atque salus, totiusq; salutis nostræ certitudo & fiducia: Rom. V. 1. 2. &c. conf. & Eph. V. 29-32. Hos. II. 19. 20.*

## X.X.

*Subjectum, seu Locus, in quo facta est hæc unio, est vel Communis, urbs Galileæ, cui nomen Nazareth. Luc. I. 26. &c. vilis & contempta: Job. I. 46. & VII. 52.*

*Specialior, Camera & Cubiculum B. Virginis: quod Lauretum transportatum esse Baronii. figmentum est: solidè refutatum à Cl. Berneggero.*

*Specialissimus Infantis concepti locus, & Sponsi cœlestis Joh. III. 23. quasi thalamus, est Uterus Benedictæ Virginis: in quo Spiritus S. naturam humanam formatam & sanctificatam τῷ Λόγῳ copulavit. Luc. I. 35. huc à Veteribus refertur locus Jer. XXX XI. 22.*

## X.XI.

*Adjuncta sequuntur; hic referimus*

*a. Tempus, quo facta est hæc Unio, definitum scilicet à Deo, Gal. IV. 4. prædictum à Prophetis: Gen. XLIX. &c. denique, momentum conceptionis.*

*b. Quatuor epitheta, quibus alii Formam Unionis hujus explicant, in Symbolo Chalcedonensi, totidem erroribus opposita: utpote quodd facta sit*

*1. Αὐγχύτως, inconfusè, absque commixtione vel confusione Naturarum, earumque Proprietatum: Act. II. 30: Rom. I. 3. 4. & IX. 5: 1. Pet. III. 18: 2. Cor. III. 4.*

*2. Αρεπτῶς, inconvertibiliter, absque conversione naturæ divinæ in humanam, aut humanæ in divinam: Phil. II. 7: Heb. II. 16.*

3. Ad-

3. Αδιαιρέτως, indivisè, seu indivulse, sine divisione naturarum in duas personas. Manet enim una Persona, uestus Christus, i. Tim. II. 5.

4. Αχωέτως, vel αδιατίπάσως, inseparabiliter: Durat enim Unio illa naturalium à momento conceptionis in omnem æternitatem. Ac licet in morte Christi, Unio naturalis corporis & animæ, soluta fuerit: Unio tamen personalis naturæ divinæ & humanæ non fuit soluta.

## XXII.

**Dissentanea:** Præter ea, quæ antea in consideratione Formæ, removimus, rejicimus errores in universum omnes, qui veram Γλόγη & assumptæ naturæ humanæ Unionem hypostaticam impugnant: maximè vero hæresin

Nestorii Episcopi Constantinopolitani; qui circa annum Christi CCCCXXX. Theodosio Jun. imperante, vixit: ac duos finxit Christos, Deum unum, hominem alterum: duas videlicet Naturas, duas arbitratus esse Personas. Unde negavit B. Mariam Θεότηταν, vel Judæos crucifixisse Deum. Ista hæresis in Ephesina Synodo Oecumenica Anno Christi CCCCXXXI. à Patribus decentis damnata fuit.

Habuit is multos & magnos sententiae suæ adstipulatores.

Eutychis Presbyteri & Archimandritæ Monasterii Constantinopolitani, circa annum CCCCL. qui docuit: Τὰς δύο φύσεις, τῆς Θεότητος καὶ της φυσικῆς, μὲν τὴν ἔνωσιν συγκεχθῆναι: i. e. Duas naturas, Deitatem & humanitatem, post unionem coaliuisse: adeoque Christum, ex duabus quidem ante Unionem constituisse Naturis; post eam vero ex una tantum: hoc tali argumento seductus: Si duæ sunt in Christo naturæ, duæ erunt & hypo-

posta-

postases: neque enim natura ulla sine persona: atque  
ita duo prorsus erunt Filii, &c.

Itaque opinatus est, unam tantum esse naturam, eo  
quod una tantum sit Persona. Hinc Deum passibilem af-  
seruit, & Christi carnem nostram consubstantialem negavit.  
Habuit autem harum opinionum promachum *Dioscorum*, celebrem Alexandriae Patriarcham. Horum sen-  
tentia in Synodo Constantinopolitana, Anno Christi  
**CCCCXLVIII.** à *Flaviano* Patriarcha, & **XXXII.**  
Episcopis; & p.p. in Chalcedonensi Oecumenicâ, tem-  
pore Martiani Imperatoris, An. Chr. **CCCLI.** à Patri-  
bus **D C XXX.** damnata est. Complures quoq; opo<sup>u</sup> ψή-  
φος habuit; tūm ante, tūm post ipsum: inter quos Mono-  
physita, Theopaschita, Jacobita, Armenii, Monothelite, alii.  
Ergo *Nestorius*, recte tenens, Duplicem in Christo esse natu-  
ram, sacrilegè statuit; *Duas esse Personas*: Eutyches au-  
tem, recte tenens, *Unam esse Personam*, impiè credidit,  
*Unam quoque esse naturam*. *Böeth.*

Inter has periculosisimarum opinionum symplega-  
das, qui velut inter scyllam & charybdis suorum stu-  
diorū cymbam direxerit: is ad Veritatis Sacro sanctæ  
portum, Scripturæ S. celesti polo constanter obser-  
vato, tutissimè ac citra fidei naufragium enavigabit.

### Coronis: E Symbolo Chalcedonensi:

Οὐαλογῆθει] ἔνα καὶ τὸν ἀνθρώπινον Χειτόν, γονίον, Κύστον, μωρόθην, ἐν δύο φύσεσιν,  
ἀποκατέτως, ἀδιαμόρτως, ἀχωρέτως, γνωστόθερον. Θάμνος τῆς τῶν  
φύσεων Διαφορᾶς εἰπομένων, θάμνος τῶν Εὐνοιῶν, σωζομένης ἢ μᾶλλον τῆς ιδιότητος  
εκατέρες φύσεως, η̄ εἰς ἐντοπίον συντρεχότητος. Ση̄ εἰς δύο ἐντοπίας μεταβο-  
λόρους, η̄ διαφέρομενος. Εἴπερ οὐαὶ τὸν ἀνθρώπινον καὶ μωρόθην, Θεὸν Λόγον, Κύστον  
Ιησοῦν Χειτόν.

Hoc est:

Confitemur] Unum & eundem Christum, Filium, Dominum,  
Unigenitum, in duabus Naturis, IN CONFUSE, INCON-  
VERTIBILITER, INDIVULSE & INSEPARA-  
BILITER manifestatum: nequaquam Naturarum differentiā pro-  
pter Unionem sublatā; sed magis utriusque naturae, ac in unam  
Personam concurrentis, servatā proprietate: non in duas personas  
partitum aut divisum, sed unum & eundem Filium, Unigenitum, Deum  
Verbum, Dominum JESUM CHRISTUM.

Mόνος τῷ Θεῷ σόλος.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn787863270/phys\\_0021](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787863270/phys_0021)


DFG

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn787863270/phys\\_0022](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn787863270/phys_0022)









e, nobis relinquendum: 3. major propensio in  
um passo, ad nobis opitulandum? A. prius,  
a Socin.

factio Christi deleat tantum peccatum Ori-  
omnia Actualia eorum, pro quibus præstita  
est. contra Remonstr.

actio Christi restringenda sit ad 1. sola pec-  
cilia: 2. mortalia: 3. reatum culpæ & pœ-  
noque an etiamnum homini ipsi satisfacien-  
is post Baptismum commissis, saltem venia-  
tum pœnae temporalis? N. contra Pontific.  
sfactio Christi sufficiens fuerit & perfectissi-  
& dignitate ipsius meriti, tanquam Legis  
ata, & æqualis reatu atque demeritis eo-  
os præstita fuit; an verò sufficiens tantum  
ationem, ex Dei acceptantis gratiâ? A. prius,  
ntra Remonstr. & Vorstium.

la Pœnarum, peccatis nostris debitarum, per-  
faktionis Christi rationem exhaustiat: Obe-  
uam vocant activam, ipse pro se privatum, tan-  
omo, Israëlita, &c. legi debuerit?

titia Christi, sive universalis & perfectissima  
tiva, quam, à principio vitæ in ejus usque fi-  
eptris secundum strictum ejus rigorem præsti-  
teram Satisfactionis Christi, non tempore qui-  
urâ, à pœnae perspectione distinctam partem,  
tum bono, sed & loco nostro, & quatenus Chri-  
titavit, præstita sit? N. prius, A. poster. contra

Christus Satisfactionem eâ intentione præsti-  
omnibus & singulis hominibus, sive æqualiter  
æqualiter, & ratione eorum, qui non servantur,  
odo, & conditionatè, sub conditione videlicet fidei,  
ecratâ à Deo, nec proin in actum unquam exi-  
hem peccatorum & salutem impetraret? An

E 3